

D. Cyrillus putaverit illum adolescentem fuisse revera legisperitum, quamvis non illum de quo agit Lucas, cap. 10. Item S. Ambros., in cap. 18 Lucas, illum vocat legisperitum et tentatorem. Attamen

Resp. et dico : Iste adolescens est planè diversus ab illo legisperito, de quo agit S. Lucas, cap. 10.

Prob. 1<sup>a</sup>, quia S. Lucas, cap. 18, v. 18, agit de hoc adolescente, dicens : *Et interrogavit eum quidam princeps, dicens : Magister bone, quid faciens vitam æternam possideo? Alqui non est credibile quòd S. Lucas eandem historiam bis narret in diversis locis, et diversà occasione; ergo.*

Prob. 2<sup>a</sup>, quia legisperitus accessit tentandi causà; hic adolescens verò magno exhibitio respectu, et bono animo cupiens obtinere vitam æternam; ut patet ex eo quòd abiverit tristis, quia Christus dixerat quòd deberet omnia vendere, et dare pauperibus, ut fieret perfectus.

Prob. 3<sup>a</sup>, quia, ut dicitur Marci 10, v. 21 : *Jesus autem intuitus eum, dilexit eum.* Atqui hoc non convenit tentatori; ergo. Hinc S. Basilius, hom. 4 contra divites avaros, dicit : *Non est idem adolescens cum legisperito : legis enim peritus tentator erat; iste verò salubriter quidem interrogans non sinit se persuaderi.* Et S. Chrysost., hom. 64 in Matth. : *Nonnulli huic homini, quasi fraudulento et nequam detrahunt, tentationis gratià ad Christum accessisse affirmantes.*

Petes an mentitus sit adolescens, dum Christo dixit : *Hæc omnia (nempe mandata jam nihil proposita) custodiam à juventute meà?*

Resp. Negativè; nam, ut ex præcatis verbis S. Marci patet, Christus eum dilexit. Unde Beda in cap. 10 Marci dicit : *Si mendacii aut simulationis noxià teneretur reus adolescens, nequaquam Christus intuitus arcana cordis ejus, eum diligere diceretur.*

Dices : Adolescens ille non servaverat præceptum elemosynæ. Nam Dominus illi dicit Lucas 18, v. 22 : *Adhuc unum tibi decet : omnia quæcumque habes vende, et da pauperibus.*

Resp. Neg. assumptum, quia Christus non suadet isti adolescens elemosynam, ut illi præcepto satisficiat, sed ut fiat perfectior, et Christum sequi possit sicut apostoli.

#### QUESTIO VII.

*Quomodo qui aliquid reliquit pro Christo, sit accepturus centies plus juxta Marcum etiam in hæc vitâ.*

Petrus, licet à Christo non esset interrogatus, sed tantum audivisset consilium adolescentem datum : *Vade, et vende omnia, etc.* nomine suo et aliorum apostolorum respondet : *Eccc nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : Quid ergo erit nobis? Cui Christus respondens Matth. 19, v. 29, ait : Qui reliquerit domum, vel fratres, etc., centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.* Ibidem tamen non habetur quandoam sit accepturus centuplum. Sed Marcus cap. 10, v. 50, dicit : *Accipiet centies tantum, nunc in tempore hoc, domus, et fratres, et sorores, et matres, et filios, et agros, cum persecutionibus, et in seculo futuro*

*vitam æternam.* Eodem modo habet S. Lucas, cap. 18, v. 29 et 50.

Resp. et dico : Naturalis illorum verborum sensus est : Accipiet centuplum in hæc vitâ, non tantum propter beneficia divina, quæ centuplo plus valent quam bona terrena; sed etiam quia ita disponit Deus ut qui omnia reliquit, omnium usum in hoc quoque seculo inveniat : apostolis enim omnium Christianorum domus patebant, omnes ipsis, tanquam fratres et sorores ministrabant, et de opibus suis necessaria suppeditabant; ut verè in eos competeret illud Apostoli : *Nihil habentes et omnia possidentes.* Ita Estius, qui pro suâ explicatione adducit S. Augustinum, epist. 89, exponentem illud centuplum in hoc seculo per illud 2 ad Cor. 6 : *Nihil habentes, et omnia possidentes.*

Petes quomodò in hæc vitâ recipiat centum uxores, qui unam pro Domino dimisit; cum in eâ re, ut dicit S. Hieronymus, appareat turpitudinem.

Resp. id non intelligi de uxore necessarià ad procreandos filios, sed de uxore qualem habebant apostoli; scilicet non ad generationem, sed ad auxilium et administrationem rerum, ad victum ac amicum necessariam; quales tot habuerunt apostoli ac si centum habuissent, quia habebant sufficientes. Unde quod Matthæus et Marcus exprimit per centum, Lucas exprimit per multo plura.

Igitur multò plura obsequia talis accipiet à feminis, quam si unam uxorem haberet. Quin etiam majus gaudium habet qui propter Christum servat castitatem, quam qui vacat legitima generationi : Nam gaudium internum quod sentit ex conscientia rectè facti, et opere tam excellenti pro Christo, et ex spe præmii æterni, plus quam milies superat omnem oblectationem carnalem, ex naturâ suâ transitoriam, et postea causantem multos labores et ærumnas, in partu, in educatione prolis, etc. *Pax Dei exsuperat omnem sermum, ad Philip. 4, v. 7.* Id est, delectatio animi superat omnem delectationem sensualem.

Post hæc proponit Dominus parabolas laborantium in vineâ; cujus explicatio cum sit obvia partim ex Officio ecclesiastico, partim ex theologia in tractatu de Deo, et Beatitude; ideò de eadem hic nihil dicimus.

#### CAPUT XXII.

Christus in finibus adhuc Judææ constitutus accipit nuntium de infirmitate Lazari, quem eum secretè esse mortuum tendit in Bethaniam, ubi eam quadriduam suscitavit. Quo miraculo multis credentibus, mors ejus decernitur à pontificibus et Judæis. Itaque Jesus abiit in fines Judææ, juxta desertum, in civitatem Ephrem, Joan. 11, à v. 1 usque ad 55. Instante autem Paschate, ascendens Jerosolymam mortem pro nobis passurus, cum appropinquaret Jericho, sanavit cæcum, ceteraque fecit, quæ habentur Matth. 20, à v. 17 usque ad finem capituli. Marci 10, à v. 52 usque ad finem capituli. Lucæ 18, à v. 51 usque ad v. 29, cap. 19. Postea autem ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, convaluissetque

domo Simonis leprosi, ubi Maria pretioso unguento perfudit caput et pedes Jesu recumbentis. Joan. 12, à v. 1 usque ad 12. Item aliqui Matth. 26, v. 6 et seq.; et Marci 14, v. 3.

#### QUESTIO PRIMA.

##### De resuscitatione Lazari.

Parabole de laborantibus in vineâ Matthæus immediatè subnectit iter Christi Jerosolymam; ut ibidem in sequenti Paschate crucifigeretur. Verùm ex Joanne cap. 11 patet premitendum esse huic itineri suscitationem Lazari, quam Matthæus, et etiam Marcus ac Lucas omiserunt : nam occasione hujus miraculi pontifices et Pharisei Christum ardentius ad mortem quaesierunt; propter quod quia nondum venerat hora ejus, secessit in civitatem Ephrem, et ibi aliquo tempore morabatur cum discipulis suis, Joan. 11, v. 54.

Joannes igitur narraturus resuscitationem Lazari, loco citato, v. 1, ita scribit : *Erat autem quidam languens Lazarus à Bethaniam, de castello Marie et Marthæ sororis ejus.* Incertum est an Maria et Martha fuerint istius castelli, seu vicii domine, an verò tantum incolæ; quia cap. 1, v. 44, idem evangelista dicit Bethsaidam fuisse civitatem Andree, qui tamen non fuit illius civitatis dominus. Et Capernaum dicitur sæpè civitas Christi.

V. 9 : *Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt.* Cùm Dominus vellet ire in Bethaniam suscitatum Lazarum, timebat apostoli ne à Judæis occideretur, quia antea, nempe in festo Encenorium, modò voluerant Judæi eum apprehendere. Respondet Dominus quòd sicut ille qui de die ambulat est extra periculum offendendi pedem, quia potest videre ubi pedem ponat; ita similiter ipse nullum subire periculum mortis revertendo in Judæam, quia adhuc durabat dies ejus; id est, prestitutum à Patre tempus moriendi nondum advenerat.

V. 16 : *Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos : Eamus et nos, ut moriamur cum eo.* Quidam intelligent cum eo, id est, cum Lazaro, inquit Estius; sed sensu parum commodo, licet hoc proximè præcesserit : *Lazarus mortuus est, etc.* Rectius est ut intelligatur, cum eo, id est, cum Christo; quia supra v. 8, dixerant ad eum discipuli : *Rabbi, nunc quaerunt te Judæi lapidare, et iterum vadis illuc? Quem cum dehortari non possent à reditu in Judæam, Thomas se et alios animat ad commune periculum cum Domino subeundum.* Ita Estius.

Videns Jesus plorantes mortem Lazari, v. 53, *infirmum spiritum, et turbavit seipsum.* Premitum Christi fuisse contra peccatum; unde mors nata est, docet S. P. Aug., tract. 40 in Joan. Quod additur : *Turbavit seipsum, indicat Christum illis motibus, non ex natura infirmitate, sed à seipso, tanquam illorum arbitro, fuisse turbatum.* Unde S. Aug. loco citato ita scribit : *Quis enim posset nisi se ipse turbare? Itaque, fratres mei, primùm hic attendite potestatem, et sic inquirite significationem. Turbaris tu nolens, et turbatus est Christus, quia voluit... In illius potesta-*

te erat, sic vel sic afflicti. V. 55 : *Et lacrymans est Jesus, veram tristitiam sinens in vera ejus signa prorumpere : nam, ut Aug., lib. 14 de Civ. Dei, cap. 9, ait, in quo verum erat hominis corpus, et verus hominis animus, non erat falsus humanus affectus.* S. Ilier. in Psal. 68, putat Christum non fuisse propter mortem Lazari (maximè quia supra, v. 15, dictum ab eo legitur : *Gaudeo propter vos, ut credatis*), sed propter incredulitatem hominum. Attamen cum nihil veteretari, et tristari de eadem re, secundum diversa, hinc inter causas tristitiæ et lacrymarum etiam potest numerari mors amici Lazari, quæ verum in se malum erat; de quo tristari et lacrymari moderatè voluit cum lacrymantibus, ut se verum hominem, et humanum ostenderet; nam absque compassione nullius commiseratione tangi, inclementiam et immanitatem quamdam feram indicat, ait Jansenius. Immoderatè verò lacrymari mulierum est, non viri sapientis.

Cùm autem Jesus venisset ad monumentum, et sublatu esset lapis, v. 45, voce magna clamavit : *Lazare, veni foras.* Proprio nomine vocat Lazarum, ne, inquit S. Ambros., lib. de Fide resurrectionis, alio pro alio suscitatus videretur. Per illam ergo vocem, Lazarus, suscitatus est; per istam verò, *veni foras*, jam vivus ex antri profundo vel latere ad ostium prodire jussus. Itaque v. 44, *stetim*, nullà interposità morâ, post vocem clamantis, quasi in momento, in ieta oculi, sicut Apostolus dicit futuram omnium resurrectionem, *prodit de sepulcro, sed adhuc ligatus pedes et manus instruitis; id est, fasciis funeralibus.* Symbolicè designatur peccator, contritione quidem jam redivivus, sed absolute ministrorum Ecclesie à vineulis istius reatus solvendus, ut S. Aug., serm. 44 de verbis Domini, et D. Gregor., hom. 26 in Evangelia pulchre declarat.

Ob suscitatum à morte Lazarum indignati pontifices et Pharisei, conlegerunt adversus Dominum concilium, in quo summus pontifex Caiphas, ipsum mortuum pro salute populi prophetavit, non formaliter, sed materialiter; Spiritu sancto linguam ejus movente, non cor, ut ait S. Chrysost., hom. 64 in Joan. Caiphas enim intelligebat utile esse Christo mortem inferre, ut temporaliter liber maneret solus populus Judaicus, seu non periret sub Romanis : Spiritus sanctus verò intendebat, utile esse Christum mortem subire, ut spiritualiter liberaretur totus orbis. Vide, inquit Chrysost., loco citato, *quanta virtus sit Spiritus sancti. A mente nullà voluit verba proferri prophetice.* Vide etiam quanta sit pontificis virtus potestatis. Cùm enim esset pontifex anni illius, cui propter summam illam dignitatem fides ab omnibus habebatur, voluit Spiritus sanctus in hujus prophetice pronatione illo potius, etsi nequissimo instrumento, uti quam alijs ad fidem faciendam minus idoneis.

Prophetavit ergo Caiphas, non ut alii prophete, qui sua verba intelligebant, et mysteria aliquo saltem modo conceperant; sed tanquam nudum instrumentum, verba quidem sonans, sed intellectu non percipiens.

Cum enim ad rationem prophetiae imprimis necessaria sit illuminatio intellectus (est enim prophetia domum revelationis), patet Caiapham proprie prophetam non fuisse. Unde D. Thomas, lect. 2 in cap. 11 Joan., dicit: *Spiritus sanctus... Caiapha mentem nec illuminavit, nec intentionem... Ex quo patet quod non magis possit dici propheta quam asina Balaam.*

#### Quaestio II.

*An sit eadem historia de caecis illuminatis, quam narrant Matthaeus, Marcus et Lucas.*

Resp. et dico: Cum Christus ex civitate Ephrem, assumptis duodecim discipulis suis, ascenderet Ierosolymam, narrat tres evangelistae quod illuminaverit caecos sedentes prope Jericho. Matthaeus autem cap. 20, v. 30, dicit fuisse duos caecos, Marcus verò cap. 10, v. 48, et Lucas, cap. 18, v. 55, tantum unum memorant. Item Marcus narrat caecum illum, quem curatum esse dicit, vestem suam projecisse ut prosterneret ad Christum, quod alii duo non narrant. Hinc Euthymius putat esse tres diversas historias, et consequenter iuxta ipsum debent prope Jericho quatuor caeci esse curati.

Atverò Theophylactus, et post eum Maldonatus, et à Lapide, censent esse unam eandemque historiam quae à tribus illis evangelistis narratur.

Denique Beda, Lyranus et Barradius putant duas esse tantum historias, et dicunt caecum de quo loquitur Lucas, esse illuminatum, antequam Dominus intraret Jericho; duos verò alios, de quibus loquuntur Matthaeus et Marcus, dum egrediebatur Jericho. Horum autem sententia apparet vero similior, atque

Prob. 1<sup>a</sup> quia Lucas loco praecitato ita habet: *Pacium est autem, cum appropinquaret Jericho, caecus quidam sedebat secus viam, mendicans. Deinde subjungit evangelista quomodo caecus ille clamaverit ut visum reciperet, et quomodo Christus eum jasserit adduci ad se; additque, v. 43: Et confestim vidit, et sequebatur illum magnificans Deum. Et tunc, cap. 19, subjicit quod Dominus urbem Jericho ingressus fuerit, eamque perambulaverit; ergo ex Luca manifestum est quod caecus ille curatus fuerit antequam Dominus Jericho ingressus esset. Jam verò ex Matth. 20, v. 29 et 30, item ex Marc. 10, v. 46, clarum est quod caeci, de quibus hi evangelistae agunt, sint curati dum Christus Jericho egrediebatur; ergo alia est curatio caeci, de quo agit Lucas, alia verò duorum caecorum, de quibus agit Matthaeus, quorum unus etiam meminit Marcus.*

Prob. 2<sup>a</sup> ex S. P. Aug., lib. 2 de Cons. evangelist., cap. 63, ita scribente: *Lucas verò quamvis omnino eodem modo factum; tamen in alio caeco intelligentes est par commemorare miraculum, et ejusdem miraculi parem modum. Ille quippe hoc factum dicit, cum appropinquaret Jericho; ut isti (Matthaeus et Marcus) cum egredere ab Jericho. Sed nomen civitatis et facti similitudo putari suadet semel esse factum; sed evangelistas in hoc sibi adversari, quod alius, cum appropinquaret Jericho, alii cum egredere ab Jericho, non sanè hoc persuadet, nisi eis*

*qui proclivius credi volunt mentiri Evangelium, quam duo similia similiterque miracula fecisse Jesum.*

Obj. 4<sup>a</sup>: Evangelistae possunt optimè inter se conciliari absque eo quod dicamus Christum bis prope Jericho curasse caecos; ergo curatio caeci, de quo agit Lucas, non est diversa à curatione caecorum, de quibus agunt Matthaeus et Marcus.

Prob. ant., quia dicit potest quod caecus ille de quo loquitur Marcus, et quem nominat Bartimeum; id est, filium Timaei, accurrerit ad Christum, quando appropinquabat Jericho, sed quod non potuerit accedere, impediendo ipsum turba, et Christo dissimulante ipsum audire; et postridè, dum Christus egrediebatur Jericho, quod tunc cum uno alio sibi adjuncto, iterum clamaverit, et sanitatem impetraverit: nam Christus dissimulabat primà vice se audire ut miraculum postridè tantò esset gloriosius et manifestus; praesertim cum sex ferè diebus post esset passurus mortem.

Resp. Neg. ant. ejusque probationem: nam non est credibile quod caecus Lucae, qui tam instanter clamabat ut illuminaretur, expectasset donec Dominus exiret Jericho; praesertim cum nesciret quoniam, et per quam portam esset exiurus. Quare enim non ivisset ad ipsum, dum Lucae 19, v. 1, perambulabat Jericho, vel dum apud Zachaeum manducabat? Deinde non est verum quod non poterit accedere ad Christum, quia turba ipsum impediabat, at quod Christus dissimulaverit se eum audire clamantem; nam Lucas in fine capituli 18 aperte dicit quod caecus ille, quamvis turba eum inereparet ut taceret, magis clamaverit, et quod Christus stans in vià ante Jericho, jusserit eum adduci ad se, et confestim ipsum illuminaverit. Itaque cum Lucas caput 18 concludat cum illuminatione caeci, et caput 19 incipiat dicens: *Et ingressus Jesus perambulabat Jericho*, clarum videtur quod caecus ille illuminatus fuerit antequam Dominus intraret Jericho.

Inst. 4<sup>a</sup>: Quamvis Lucas, cap. 2, post narratam historiam de Purificatione D. Virginis, v. 59, statim subjungat quod Joseph et Maria cum puero Jesu irent habitatum in Nazareth, tamen inde non sequitur quod tunc immediatè eò iverint: nam certum est quod inter purificationem et habitationem in Nazareth mediet fuga in Aegyptum; ergo licet in fine capituli 18 statim subjungat illuminationem caeci, et cap. 19 tantum incipiat describere ingressum Christi in Jericho, tamen inde similiter non videtur sequi quod caecus tunc immediatè, seu ante istum ingressum illuminatus sit.

Resp. Neg. conseq. Disparitas est quod Lucas fingam in Aegyptum omiserit; ac proinde non est mirum quod post Purificationem D. Virginis statim subjungat habitationem in Nazareth: nam consuetudo evangelistarum est ut unusquisque eorum sic contexta narrationem suam, ut tanquam nihil praetermittatis veritas digesta videatur. Tacitis enim quae non vult dicere, sic ea quae vult dicere, illis quae dicebat adjungit, ut ipsa continua sequi videantur, inquit S. P. Aug., lib. 2 de

Cons. evangelist., cap. 3. Atverò cum ingressum Christi Jericho Lucas non omiserit, sed expresserit; non videtur recto ordine historiae potuisse ante illum ingressum narrare illuminationem caeci, nisi reverà ante eundem caecus illuminatus fuisset. Sicuti igitur, si item evangelista narrasset fugam in Aegyptum, non potuisset recto ordine historiae scribere quod ante eam Joseph et D. Virgo iverint habitatum in Nazareth; ita similiter non potuisset recto ordine historiae scribere quod caecus ante ingressum Christi in Jericho, illuminatus fuisset, si hoc postea tantum contigisset.

Inst. 2<sup>a</sup>: Quamvis S. Lucas, cap. 4, v. 56, narret discessum D. Virginis è domo Zachariae, ante natiuitatem S. Joannis Baptiste; tamen inde rursus non sequitur quod D. Virgo discesserit antequam Joannes esset natus; ergo licet narret illuminationem caeci ante ingressum Christi in Jericho, non sequitur quod caecus fuerit illuminatus antequam Christus Jericho esset ingressus.

Resp. Neg. conseq. Disparitas rursus est quod Lucas, cap. 4, dicit quod Maria cum Elisabeth manserit quasi mensibus tribus, antequam in domum suam reverteretur; ex quibus verbis, collatis cum v. 56, et aliis circumstantiis, satis colligendum reliquit quod manserit usque ad natiuitatem S. Joannis; ut supra, cap. 2, quaest. 3, dictum fuit. Atverò, cap. 18, non dicit quod caecus uno aut altero die apud Christum manserit, ut eum secutus sit antequam illuminatus fuerit; sed è contra ait quod Christus stans in vià ante Jericho, jusserit eum adduci ad se, et confestim seu statim illum illuminaverit; ac proinde manifestum est quod ante ingressum in Jericho curatus fuerit.

Obj. 2<sup>a</sup>: Tres praefati evangelistae dicunt caecum fuisse illuminatum in illà profectione ultimà, quâ Christus venit in Jerusalem ut moreretur; item omnes tres dicunt id accidisse prope Jericho, omnes addunt, caecos aut caecum sedisse juxta viam, quam Christus praeteribat; omnes clamasse eisdem verbis: *Jesu, fili David, miserere mei*, omnes à turbâ jussos fuisse tacere, omnes idèò vehementius clamasse, omnes stetitisse Christum, et ipsum Dominum illos ad se vocasse; ipsum ab omnibus petivisse: *Quid vultis ut faciam vobis?* Ha Maldonatus et nonnulli alii: Ergo historia, quam narrat Lucas, non est diversa ab illâ quam narrant Matthaeus et Marcus.

Resp. Neg. conseq. Nam etiam in binâ ejectione vendentium ex templo, et in binâ saturatione hominum in deserto sunt quoque omnia ferè similia, et tamen sunt diversa. Deinde Matth., 26, v. 24, Christus oravit tertio, eundem sermonem dicens. Itaque dico quod duo caeci Matthaei, audito quod caecus Lucae fuisset curatus tali modo clamando, instando, etc., ipsi similiter potuerint tali modo clamare et instare, ut curarentur; sicut adhuc hodie dum faciunt mendicis, dum audiunt aliquem tali modo accepisse stipem, mox eodem modo ad eundem hominem accurrunt, ut et ipsi stipem accipiant. Et sic facillè diversae historiae possunt habere eandem ferè circumstantias.

Obj. 3<sup>a</sup>: Matthaeus ponit duos caecos, et Marcus tantum unum; ergo si caecus Lucae sit diversus à caeco Marci, non erunt tantum duos, sed tres diversae historiae.

Resp. Neg. conseq., et dico cum S. P. Aug., lib. 2 de Cons. evangelist., cap. 63, duos quidem fuisse illuminatos; sed Marcum tantum posuisse unum, quia ille erat famosus et omnibus notus. Unde Marcus exprimit nomen caeci, et nomen patris ejus, quasi homo esset vulgo notus. Simile exemplum adducit Aug. ex Matth. 8, v. 28, ubi scribit duos daemoniacos fuisse curatos, cum tamen Marcus cap. 5, et Lucas cap. 8, tantum loquantur de uno.

Petes, quomodo Lucas cap. 18, v. 54, dicat: *Et ipsi nihil horum intellexerunt*, scilicet apostoli nihil intellexerunt de passione, quam illis Dominus praedixerat; cum tamen ante, nempe Matth. 17, v. 22 dicantur idèò contristati vehementer; ergo bene intellexerunt.

Resp. Bene quidem intellexerunt verba Christi, sed non bene intellexerunt totum mysterium Passionis; ac praesertim non intellexerunt illa verba: *Et tertio dies resurget*. Unde de ejus resurrectione dubitarunt, idèòque Dominus per multas apparitiones et signa se velle resurrexisse probare eis debuit, ut dubium ex animis eorum evelleret, inquit à Lapide in cap. 17 Matthaei.

#### Quaestio III.

*Quandonom Christus venerit Bethaniam.*

Christus ex Jericho ascendens Ierosolymam, ante sex dies Pascha venit Bethaniam, Joan. 12, v. 1. Cajetanus, Jansenius, Toletus et à Lapide putant ipsam venisse ferià sexta, ibique sabbatum egisse, et cenam ipsi fuisse factam die sabbati vespere. Sumunt igitur ipsi è Pascha pro die jovis, in cujus vespere Agnus paschalis debebat immolari. Attamen

Resp. et dico: Vero similis est quod venerit die sabbati.

Prob. 1<sup>a</sup> quia probabilis apparet quod Joannes per Pascha intelligat diem festum Paschae, id est, decimam quintam mensis primi, quae isto anno inciderebat in diem veneris: nam per diem Paschatis semper intelligit ipsum festum, ut cap. 15, v. 1: *Ante diem festum Pascha*, etc.

Prob. 2<sup>a</sup> quia creta dicitur Christo fuisse parata eodem die quo advenit. Dicit enim evangelista: *Venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Jesus. Fecerunt autem ei cenam ibi*. Atqui non poterant facere cenam die veneris vespere, quia sabbatum tunc modò erat inceptum; ergo, etc.

Prob. 3<sup>a</sup> quia Joannes, cap. 12, v. 12, dicit quod Christus in crastinum iverit Ierosolymam vectus asello; alqui vectus asello ivit Ierosolymam die dominico; ergo venit Bethaniam die sabbati.

Prob. 4<sup>a</sup>, quia ponendo illud iter die dominico, omnia bene conveniunt, scilicet: Die dominico intravit Ierosolymam vectus asello; die lune, sive, ut Marcus habet, cap. 11, v. 22, *alià die*, id est, die sequenti, ut colligitur ex Matth. 21, v. 17

et 18, maledixit ficui. Postea ivit Jerosolymam, ibique mansit usque ad vesperam. Deinde, ut habet Marcus, cap. 11, v. 19, *cum vespera facta esset, egrediebatur de civitate. Et cum mane transiret, id est, die martis, viderunt ficum aridam factam à radicibus.* Eodem die egressus ex urbe, et sedens in monte Oliveti prædixit excidium Jerosolymitanum, etc. *Et factum est, inquit Matthæus, cap. 26, v. 1, cum consummasset Jesus sermones omnes hos, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum Pascha fiet: scilicet post diem mercurii et jovis. Ergo vectus est asello die dominico; aliis enim dicere debuisset: Post triduum, vel post unum diem Pascha fiet.*

Hujus sententiæ sunt Theophylactus, Rupertus, Hugo cardinalis, et D. Thomas in cap. 12 Joan. dicens: « Ille dicitur Pascha decima quinta dies, quæ et tota erat festiva; et illo anno occurrit feriâ sextâ, in quâ passus est Dominus; ita quod sextus dies ante Pascha fuit prima feriâ, id est, dies dominicus, in quâ Dominus cum ramis palmarum Jerosolymam intravit, et in die precedenti, scilicet sabbato, venit Bethaniam. »

Obj. 1<sup>a</sup>: T<sup>3</sup>, in crastinum, Joan. 12, v. 12, non debet intelligi de crastino illius diei, quâ Christus venit Bethaniam, sed de crastino istius quâ comavit in Bethania.

Resp. Neg. assumpt., quia plurima turba modò venerat Jerosolymam ad se purificandum et preparandum ad Pascha; et ardentissimè omnes desiderabant videre Christum; atqui, si venisset die veneris, illa turba die sabbati hoc modo scriissent; nam mons Oliveti, ubi erat Bethania, tantùm circiter mediâ horâ distabat ab urbe Jerosolymitanâ, adeoque ad Christum ipso sabbato confluiscent, eumque triumphandum Jerosolymam deduxissent; siquidem ex urbe Jerusalem usque ad montem Oliveti licebat itinerari die sabbati, ut patet ex Act. 1, v. 12.

Obj. 2<sup>a</sup>: Non erat licitum sabbato facere iter, saltem tam longum, quàm est à Jericho, unde Dominus veniebat, usque Bethaniam; ergo non venit die sabbati.

Resp. Christum illo die non venisse ex Jericho, sed ex aliquo loco Bethaniæ vicino, ex quo discessit circa solis occasum, et pervenit Bethaniam finito sabbato.

Obj. 3<sup>a</sup>: Joan. 12, v. 9, dicitur: *Cognovit ergo turba multa ex Judæis, quia illic est; et venerunt, non propter Jesum tantum, sed ut Lazarum viderent.* Atqui non venerunt illâ vesperâ quâ Christus advenerat, quia erat nimis serò, et vix nuntium habere poterant ejus adventus: nec etiam eò iverunt die dominico, quia isto die Christus ivit Jerosolymam; ergo restat ut ipse advenerit die veneris, et turba venerit Bethaniam die sabbati.

Resp. Neg. min. pro secundâ parte, ac dico quòd turba venerit Bethaniam die dominico, quia Christus ivit illo die Jerosolymam satis serò, et forè tantum post meridiem: nam pauca narrantur ab evangelistis illo die Jerosolymam facta.

#### QUESTIO IV.

An unctio de quâ Joan. 12, sit eadem de quâ Matth. 26, et Marci 14.

Resp. affirmativè, quia omnes circumstantiæ conveniunt. Nam primò singuli evangelistæ narrant hanc unctionem contigisse in Bethaniâ. Secundò, fuisse unguentum pretiosum. Tertio, Judam murmurasse quod res tam pretiosa inutiliter perderetur. Quartò, Christum defendisse Mariam, dicendo ipsam prævenisse unctionem sepulture ejus. Quintò, Judam ideò ivisse ad principes sacerdotum, et Christum vendidisse. Sextò, hanc unctionem contigisse paucis diebus ante mortem Christi. Unde S. P. Aug., lib. 2 de Coas. evangelist., cap. 79, ubi postquam egerat de unctione quæ Luca 7 in domo Simonis Pharisæi facta erat, subjungit: « Quod autem in Bethaniâ rursum fecit, aliud est quod ad Luca narrationem non pertinet; sed pariter narratur à tribus, Joanne scilicet, Matthæo, et Marco. Inter istos igitur tres, Matthæum, Marcum et Joannem, quemadmodum hoc conveniat attendamus, de quibus non est dubium, quòd eandem rem narrent gestam in Bethaniâ, ubi etiam discipuli, quod omnes tres commemorant, murmuraverunt adversus mulierem tanquam de perditione pretiosissimi unguenti. »

Obj. 1<sup>a</sup>: Matthæus et Marcus dicunt illam unctionem contigisse biduò ante Pascha; Joannes verò sextâ die ante Pascha; ergo non est eadem unctio.

Resp. Neg. ant. Non enim dicunt ipsam unctionem contigisse biduò ante Pascha; sed asserunt quòd principes sacerdotum biduò ante Pascha consultaverint de occidendo Christo, et tunc per recitationem narrant unctionem paulò ante factam, ut significent quæ de causâ Judas eò malitiæ deventerit ut Dominum venderet. Unde S. P. Aug., libro præcitato, cap. 78, ita scribit: « Hoc videri potest parùm diligenter intuentibus esse contrarium, quòd Matthæus et Marcus posteaquam dixerunt Pascha post biduum futuram, et deinde commemoraverunt quòd erat Jesus in Bethaniâ ubi de unguento illo pretioso dicitur. Joannes autem ante sex dies Paschæ dicit Jesum venisse in Bethaniam, de unguento eadem narratur. Quo modo ergo secundum illos duos, post biduum futuram erat Pascha, cum posteaquam illi dixerunt inveniantur cum Joanne in Bethaniâ illud de unguento quod ipse, narrantes; cum autem ipse dicat post sex dies futuram Pascha? Sed qui ita moventur, non intelligunt Matthæum et Marcum illud quod in Bethaniâ de unguento factum erat recipiuntur potius sive, non post illam de biduo prædicationem suam, sed ante jam factam, cum adhuc sex dies essent ad Pascha. Non enim quisquam eorum, cum dixisset, et post biduum futuram Pascha, sic adjunxit de illo facto in Bethaniâ: ut diceret, *Post hoc cum esset in Bethaniâ: sed Matthæus quidem: Cum autem esset, inquit, Jesus in Bethaniâ: Marcus autem: Cum esset in Bethaniâ. Quod utique intelligitur et antequam illa*

decreentur quæ ante biduum Paschæ dicta sunt. » Ita S. Augustinus.

Obj. 2<sup>a</sup>: Matthæus et Marcus dicunt mulierem illam unxisse caput Christi, Joannes verò unxisse pedes; ergo est diversa unctio.

Resp. Neg. consequ. Quia utrumque factum est; nam primò unxit pedes, et deinde caput; vel primò caput, et deinde pedes. Unde Aug., libro, citato cap. 79, postquam retulisset simile exemplum de Luca, cap. 9 v. 14, dicente, homines in deserto discubuisse per quinquagenos, Marco, cap. 6, v. 4, dicente, per centenos et quinquagenos, ait debere intelligi utrumque esse factum, et subjungit: *Proinde et hic non solum caput, sed et pedes Domini accipiamus perjudisse mulierem.*

Inst. Juxta Marcum mulier fracto alabastro, effudit unguentum super caput Jesu; ergo non habebat amplius ut ungeret pedes.

Resp. cum S. Aug., ibidem: Si tam quis absurdum et calumniosum est, ut aliquid in vase fracto neget remanere potuisse, unde etiam pedes perfunderet... ille calumniator si tam pertinaciter cæcus est, ut evangelistarum concordiam de alabastro fracto frangere conetur, prius accipiat perflusos pedes, antequam illud fractum esset, ut in integro remaneret, unde etiam caput perfunderetur, ubi fractura illa totum effunderet. »

Obj. 3<sup>a</sup>: Matthæus et Marcus dicunt discipulos murmurasse, Joannes verò solum Judam commemorat, et hoc ideò quia fur erat; ergo verum non est quod omnes circumstantiæ conveniant.

Resp. cum S. Aug., loco statim citato: « Manifestum puto esse discipulorum nomine eundem Judam significatum, locutione illâ, plurali numero pro singulari usurpato. Potest etiam intelligi quòd et alii discipuli aut senserint hoc, aut dixerint, aut eis Judâ dicente persuasum sit, atque omnium voluntatem Matthæus et Marcus etiam verbis expresserint: sed Judas propterea dixerit, quia fur erat, ceteri verò propter pauperum curam; Joannem autem de solo illo id commemorare voluisse, cujus ex hæ occasione furandi consuetudinem credidit intimandam. »

Obj. 4<sup>a</sup>: Matthæus et Marcus dicunt unctionem contigisse in domo Simonis leprosi: atqui Joannes dicit illam contigisse in domo Mariæ et Marthæ; ergo fuit diversa unctio.

Prob. min., quia dicit, cap. 12: *Jesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Jesus. Fecerunt autem ei cenam ibi; et Martha ministrabat, Lazarus verò unus erat ex discipulis cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti, etc.*

Resp. Neg. min. Nam primò non dicitur ibi quòd Martha et Maria fecerint ei cenam. Secundò non dicitur quòd fecerint ei cenam in domo suâ, sed simpliciter dicitur: *Fecerunt ei cenam, scilicet amici sui, cives Bethaniæ, inter quos primarius erat Simon leprosus, quem, ut putat Janensius, Christus mundaverat à leprâ. In ejus ergo domo Martha ministrabat: vel quia ejus domus erat eadem cum domo Marthæ.*

S. S. XXIII.

ut existimat S. Thomas in cap. 12 Joan., vel quia vicina et familiaris erat, et Christo dilecta, ob quam causam videtur etiam illic invitatus fuisse Lazarus. Quidquid sit, cum Matthæus et Marcus dicant unctionem esse factam in domo Simonis leprosi, et Joannes non asserat cenam esse factam in domo Marthæ; non minus repugnat ut ad domum Simonis venerit Martha, ut ministraret, quam Maria eò venerit, ut ungeret.

#### QUAM PASCHA XXIII.

Die immediatè sequenti post adventum in Bethaniam (quæ dies nobis dicitur dominica) Christus ascendens Jerosolymam, jussit sibi adduci asinam et pullum ejus, et utroque jumento successivè vectus ingreditur Jerusalem per viam ramis stratam, et cum faustis totius populi acclamationibus, deplorans tamen ante ingressum ejusdem urbis excidium. Tempore deinde ingressus, eiecit inde enantes et vendentes. Postridè namque maledixit ficui. Die Martis miratur discipuli fecit aruisse. Deinde cum Dominus templum esset ingressus, perstringit Judæos, et cum jussisset Pharisæos tanquam super cathedram Moysis sedentes à populo audiri, gravissimè invehitur in coram vita. Tempore egressus, perrexit in montem Oliveti, ubi sedens cum discipulis suis, de templi et urbis destructione disserit, deditque signa consummationis tam Jerusalem quam totius mundi, addens tamen esse incertum diem adventus sui, adeoque omnibus esse vigilandum, Matth. 21 usque ad caput 26, Marci 11 usque ad caput 14, Lucae 19, à v. 29 usque ad caput 22; Joan. 12, à v. 12 usque ad finem capituli.

#### QUESTIO PRIMA.

An Dominus in triumphali suo ingressu in Jerusalem vectus sit asiâ, et etiam pullo ejus.

Matthæus, narraturus triumphalem ingressum Salvatoris nostri in Jerusalem, cap. 21, v. 1, ait: *Et cum appropinquasset Jerosolymam, et venisset Bethphage ad montem Oliveti, Marcus, cap. 11, v. 1, dicit: Et cum appropinquaret Jerosolymam et Bethaniam ad montem Olivetorum. Sed in his textibus nulla est contradictio: nam Bethphage et Bethania erant site prope lavicem ad montem Oliveti. Unde Lucas, cap. 19, v. 29, ita habet: *Et factum est, cum appropinquasset ad Bethphage et Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliveti.* Ibidem autem existens mittit Dominus duos discipulos, ut adquirent ei asinam, et pullum ejus. Circa hoc oritur hæc questio, an Christus non solum super pullum, sed etiam super asinam sederit: ad quam*

Resp. et dico: Dominus in triumphali suo ingressu in Jerusalem verisimilitè utroque jumento vectus fuit.

Prob. 1<sup>a</sup>: Quia Matth. 21, v. 2, dicit Christus duobus discipulis: *Ite in castellum quod contra vos est, et stetim invenietis asinam alligatam, et pullum eum ed: solveite, et adducite mihi. V. 7: Et adduxerunt asinam, et pullum; et imposuerunt super eos vestimenta sua; et cum desuper sedere fecerunt. Quibus verbis evangelista*

(Trente-deux.)

satis clarè significat quòd super asinam et pullum, quibus vestimenta seu pallia sua imposuerant, Dominum collocaverit; et consequenter quòd super utrumque jumentum sederit. Unde et in textu Græco habetur: *Insevit super eos.*

Prob. 2<sup>o</sup>: Matthæus. cap. cit., v. 4, ait hoc totum factum esse ut adimpleretur Prophetia Zachariæ: At qui in hæc prophetia non tantum fit mentio pulli, sed etiam asinæ; siquidem Zachariæ 9, v. 9, ita habetur: *Easulta satis, filia Sion: Ecce rex tuus veniet tibi justus, et salvator: ipse pauper, et ascendens super asinam, et super pullum filium asinæ.*

Obj. 1<sup>o</sup>: Dicitur Hebraica *chamor*, quæ est apud Zachariam, æquè significat asinum ac asinam. Unde Pagninus vertit textum Zachariæ hoc modo: *Ecce Rex tuus veniet tibi equitans super asinum, et super pullum.* Hoc est, veniet Rex sedens super jumentum, quod quidem naturæ erit asinus, ætate verò pullus. Similiter vox græca, *βίαις*, quæ est apud Matthæum; etiam æquè significat asinum ac asinam. Ergo neque in textu Hebræo apud Zachariam, neque in Græco apud Matthæum fit mentio asinæ, sed tantum pulli.

Resp. Neg. conseq. Nam licet præfatæ dictiones æquè significant asinum ac asinam; tamen nostra Vulgata legit constanter *asinam* utroque loco, et majoris est auctoritatis quam Versio Pagnini, aut ejuscumque alterius. Insuper est conformis textui Græco Matthæi: *Quantus enim v. 2 et 5 habet simpliciter βίαις sine articulo distinguente sexum; tamen v. 7 habetur, τῆς βίαις, id est, asinam; nam articulus τῆς significat accusativum feminini generis.*

Inst. Particula et videtur posse sumi exegeticè pro, id est, ita ut sensus sit: *Super asinam, id est, super pullum asinæ.*

Resp. Neg. assumpti. Quia Matthæus v. 2 dicit: *Invenietis asinam et pullum cum ea.* Ubi et nullo bono sensu potest accipi pro, id est, siquidem voces, *cum* et *ea* nimis obstant, ut ita accipiatur. Deinde postea idem evangelista semper loquitur de utroque, ut v. 5: *Dominus his (non hoc) opus habet: et confestim dimittit eos (non eum);* v. 17: *Et adduxerunt asinam, et pullum; et imposuerunt super eos (non super eum) vestimenta sua; et eum desuper sedere fecerunt.*

Nec dicatur cum Euthymio quòd discipuli Christi super asinam, et super pullum vestimenta posuerunt, quia ignorabant super quem illorum sedere vellet: Siquidem Christum significasse se velle veli utroque jumento patet ex præcatis verbis: *Dominus his opus habet.*

Obj. 2<sup>o</sup>: Marcus et Lucas solius pulli mentionem faciunt, et dicunt quòd discipuli illum ad Christum adduxerint, et quòd ipse super eum sederit. Item Joannes, qui etsi citat vaticinium Zachariæ, etiam solius pulli meminit; ergo Dominus solo pullo in præfato itinere vectus fuit.

Resp. Neg. conseq., et dico cum S. P. Aug., lib. 2 de Cons. evangelist., cap. 66: *Nec moveat quòd Matthæus asinam dicit et pullum, ceteri autem de asinâ tacent. Nam si, ut ibidem observat S. Doctor, Mat-*

thæus de pullo tacuisset, quemadmodum alii de asinâ tacerent, non deberet tamen putari evangelistas sibi esse contrarios: «Quantò minis moveri oportet, quia unus ita commemoravit asinam, de qua ceteri tacerunt, ut tamen pullum non taceret, de quo illi dixerunt. Ubi ergo utrumque factum potest intellegi, nulla repugnantia est, nec si aliud aliud, aliud aliud commemoraret: quantò minis, ubi aliud unum, et aliud utrumque.» Marcus igitur et Lucas forsân ideò non fecerunt mentionem asinæ, sed solius pulli, quia ipsi non citant vaticinium Zachariæ, quod tamen citat Matthæus. Nec obest quòd Joannes quoque illud citet, et tamen non faciat mentionem asinæ; quia ipse non citat totum vaticinium, sed tantum refert prima et ultima verba: nam cap. 12, v. 14 et 15, ita habet: *Et invenit Jesus asellum, et sedit super eum, sicut scriptum est: Noli timere, filia Sion: Ecce Rex tuus venit sedens super pullum asinæ.* Atverò Matthæus citat istud vaticinium quoad omnia verba, dicitque illud tunc impletum fuisse; et ideò non tantum pulli, sed etiam asinæ mentionem facit.

Addi potest et alia ratio ob quam alii evangeliste fecerint mentionem solius pulli; scilicet hæc, quòd Dominus illo præcipue usus sit, æque vectus intraverit Jerosolymam: nam non est improbabile quod asserit Jansenius, nempe quòd fortassis in ascensu ac descensu montis sederit super asinam, tanquam robustiorem; ac deinde aggressus urbis super pullum, *filium subjugalis*; id est, animalis sub iugo assueti, scilicet asinæ: nam Hebræicè est, *benathonath, filium asinarum*; id est, alioquæ ex asinabus, quomodo vitulus in Scripturis dicitur filius bovis seu vacæ. Intellegitur enim pullus hæc matrem sequi solitus: Unde Septuag. dicunt, *pullum novum*, nam Zachariæ 9 ita habent: *Gaude vehementer, filia Sion; prædica, filia Jerusalem: Ecce Rex tuus venit tibi justus, et salvans: ipse mansuetus, et ascendens super subjugalem et pullum novum.*

Obj. 3<sup>o</sup>: S. Hieron. expressis terminis negat quòd Dominus utroque jumento vectus fuerit: nam in cap. 21 Math. dicit quòd «secundum litteram in parvo et itinere spatio super utrumque animal sedere non quiverit; aut enim sedit asinæ, et pullos absque sessore fuit; aut si pullo, quod magis competi, usus est ad sedendum, asina ducta est libera. Ergo cum et historia vel impossibilitatem habeat, vel turpitudinem, ad aliora transmittitur.»

Resp. Neg. assumpti. Quia S. Hieron. loco citato mentem suam non declarat, siquidem verbis objectis præmittit hæc: *Hoc in prophetia Zachariæ, de quo plerisque, si vides spatium fuerit, in suo dicitur loco. Nam vultus, si vides spatium fuerit, in suo dicitur loco. Nam vultus, si vides spatium fuerit, in suo dicitur loco.* Ita habet: «Hanc prophetiam Evangelistæ scribunt fuisse et completam, quando Dominus ingressus est Hierusalem, sedens super asinam, et pullum asinæ, et per eorum cum palmarum ramis occurrit turba.»

Quod verò breve itineris spatium, à Domino confectum, non requisiverit ut super utrumque animal sederet, nihil urget: Quia non est usus asinæ, et pullo

ejus propter longitudinem itineris, sed propter mysterium quod per illa animalia designabatur: Siquidem per asinam, cui Dominus primò insedit, significabatur populus Judæorum, seu synagoga (jugum legis Mosæicæ portare assuetum) quam statim erat deserturus; per pullum verò indomitum, et super quem nullus hominum adhuc sederat, significabatur Ecclesia gentium, que hucusque nullo legis jugo domita fuerat; quam pròinde Christus per apostolos ac discipulos suos jugum legis evangelicæ portare docuit.

#### QUÆSTIO II.

An Christus rejecerit vendentes et ementes à templo eodem die, quo ingressus est Jerosolymam vectus asello.

Matthæus, c. 21, v. 12, immediatè post ingressum triumphalem in Jerusalem dicit: *Et intravit Jesus in templum Dei, et ejiciebat omnes vendentes et ementes in templo, et mensas munitiariorum, et cathedras vendentium columbas everit.* Marcus verò cap. 11, v. 11, dicit de Christo «immediatè post ingressum triumphalem: *Et introivit Jerosolymam in templum; et circumspexit omnibus, cum jam vespera esset hora, exiti in Bethaniam cum duodecim.* V. 12: *Et alià die cum exirent à Bethaniam, eversit... Et veniunt Jerosolymam. Et cum introisset in templum, cepit ejicere vendentes et ementes in templo.*

Ex his facilè colligitur quòd non sit satis comperitum, an primo, an secundo die Christus ejecerit vendentes et ementes à templo. Unde Cajetanus putat quòd illos utroque die ejecerit. Alii cum à Lapide et Tirino censent quòd illos ejecerit secundo die, ut narret S. Marcus, et dicunt Matthæum per anticipationem locutum fuisse dum dixit finitâ pompâ Christum ingressum esse templum, et ex eodem ejecisse vendentes ac ementes. Jansenius et varii alii cum S. P. Aug., lib. 2 de Consens. evangelist., cap. 68, censent negotiatores ejectos esse primâ die, vidum finitâ pompâ; et hæc sententia

Prob. 1<sup>o</sup> quia Matthæus communiter, seu plerumque servat ordinem rei geste; ergo verisimile est quòd etiam hic eum servaverit.

Prob. 2<sup>o</sup> quia, ut habet Matthæus loco supra citato, dum ejiciebat vendentes, pueri etiam in templo clamabant: *Hosanna filio David.* Atqui ista exclamatio contigit primo die, quòd pueri acclamantes ipsum secuti sunt usque in templum; presertim cum civitatem intraverit per illam portam que proxima erat templo; ergo, etc. Ita hanc sententiam prolat Maldonatus in cap. 21 Math. subjiciens: *Haec D. Augustini sententia multò mihi videtur probabilior.*

Prob. 3<sup>o</sup> argumento S. Augustini loco præcitato: «Quia Matthæus ita connectit: *Et relicti illis abii foras extra civitatem in Bethaniam;* unde manè revertentem in civitatem arbori maledixisse commemorat; probabilis creditur ipse potius tenuisse ordinem temporis de vendentibus et ementibus ejectis de templo. Cum enim dicit: *Et relicti illis abii foras,* quibus relicti intelligi poterit nisi eum quibus superius loquebatur, indignantibus quòd pueri clamarent: *Hosanna filio David?*»

Prob. 1<sup>o</sup> Christus, ut habent Matthæus, Marcus et Lucas, dum Jerosolymam cum pompâ ingrediebatur, rectâ ivit ad templum; ergo tunc expulsi negotiatores, nam nulla erat ratio cur expectasset usque in diem secundum.

Obj. 1<sup>o</sup>: Marcus apertè habet quòd Dominus ejecerit vendentes secundâ die; siquidem postquam dixisset quòd alià die exierit à Bethaniam, et maledixit ficis, subjicit quòd intravit in templum, et cepit ejicere vendentes ac ementes.

Resp. Nego assumpti, et dico Marcum loqui per recapitulationem seu repetitionem, resumendo scilicet secundo die quod primo die omiserat. Ita hoc argumentum solvit S. P. Aug., verbis supra citatis subjiciens sequentia: «Prætermisit ergo Marcus quòd primo die factum est cum intravit in templum, et recordatum interposuit, cum dixisset quòd non intraverit aliquid in ficulnâ præter folia, quòd secundo die factum est, sicut ambo testantur.»

Inst. cum à Lapide: Marcus exactè et sigillatim Christi gesta à Dominicâ Palmarum usque ad diem veneris per singulos dies consignat; ergo ipse potius videtur servasse ordinem rei geste quam Matthæus.

Resp. Neg. conseq. Nam Matthæus æquè exactè, imò exactius describit gesta primæ et secundæ diei; siquidem narrat quòd Christus primâ die intravit in templum, et inde ejecerit negotiatores, ibidem curaverit cæcos ac claudos, de quorum curatione, et aliis Matth. 21, v. 13 et 16, commemoratis nihil omnino dicit Marcus. Deinde subjicit Matthæus quòd vesperi abierit in Bethaniam, et mane reversus maledixit ficis, etc. Itaque cum ex argumento proposito non possit sciri uter istorum evangelistarum servaverit ordinem rei geste, et aliunde sint fortiora argumenta, que probant quòd illum ordinem servaverit Matthæus, dicendum est negotiatores à templo ejectos esse primâ die.

Obj. 2<sup>o</sup>: Si primâ die fuissent ejecti, debuisset Christus eos iterum secundâ die ejicere; ergo non videntur ejecti primâ die.

Resp. 1<sup>o</sup> retorquendo argumentum: Si fuissent ejecti secundâ die, debuisset iterum terciâ die ejicere; ergo, etc. Nam tribus illis diebus, scilicet Dominicâ, feriâ secundâ et terciâ predicavit in templo; feriâ quariâ mansit in Bethaniam, et feriâ quintâ vesperi venit maledictum ultimum Pasche, ut constat ex evangelistis.

Resp. 2<sup>o</sup>, ipsum non ejecisse illos secundâ die, quia munitiores illi amplius non audebant venire. Nec dicatur, illos parum curasse Christi minas: nam istam ejectionem dicit S. Hieronymus esse maximum miraculum quòd Christus fecit: «Mibi inter omnia signa que fecit, hoc videtur mirabilis esse, quòd unus homo, et illo tempore contentibilis, et in tantum vilis, ut postea crucifigeretur, scribis et Phariseis contra se serventibus, et videntibus licet sua destri, poterit ad unius flagelli verbera tantam ejicere multitudinem, mensasque subvertere et cathedras confringere, et alia facere que infinitus

non fecisset exercitus. Igneum enim quoddam atque quod sidereum radiabat ex oculis ejus, et divinitatis majestas lucebat in facie. » Ita D. Hieron., in cap. 21 Matthæi.

Primâ die quâ Christus è templo ejecit vendentes ac ementes, juxta varios auctores etiam contigerunt illa quæ habet Joannes, cap. 12, à v. 20 usque ad finem capituli. Inter alia autem ibidem v. 47 dicit Dominus: *Nunc anima mea turbata est; et quid dicam? Pater, salvifica me ex hæc hora. Sed propterea veni in horam hanc: Pater, clarifica nomen tuum.* Verba sunt Christi turbati, et timentis mortem. Nonnulli ista verba: *Salvifica me ex hæc hora*, voluit esse prolata per interrogationem, quasi diceret: Sum valde turbatus propter mortem, quam citò subire debeo. Quid faciam? Rogabone Patrem ut me salvificet, ut me liberet ab illâ morte? Non. Propterea enim veni in horam hanc, ut pro hominibus moriar. Quare, Pater, clarifica nomen tuum per meam mortem ac resurrectionem, etc. Attamen

Resp. et dico: Præstat legere sine interrogatione, quia omnia exemplaria sic habent, et sensus in eundem recidit: atque tunc similis est orationi, quam fudit in hortu. Dixit in hortu: *Frisis est anima mea; dicit Joan. 12: Anima mea turbata est.* Dixit in hortu: *Pater, si possibile est transeat à me calix iste; dicit Joan. 12: Pater, salvifica me ex hæc hora.* Dixit in hortu: *Veritatem non mea, sed tua voluntas fiat; dicit Joan. 12: Sed propterea veni in horam hanc: Pater, clarifica nomen tuum.*

#### QUESTIO III.

An Christus simulaverit famem, et quo die arefacta sit ficus.

Feriâ secundâ, seu die lunæ reversus est Dominus ex Bethaniâ, aut monte Oliveti in civitatem Jerusalem. Etenim die lunæ ac die Martis in templum manè veniebat, populumque docebat, vesperi verò revertebatur in montem Oliveti, ut colligitur ex Luca 21, v. 37 et 38, ubi dicitur: *Erat autem diebus docens in templo; noctibus verò exiens, morabatur in monte qui vocatur Oliveti. Et omnis populus manebat; id est, manè veniebat, ad eum in templo audire eum.*

Interim dum feriâ secundâ exhibat à Bethaniâ, ut veniret Jerosolymam, esurit. *Quæcumque vidisset à longè ficum habentem folia, venit si quid fortè inveniret in eâ; et cum venisset ad eam, nihil invenit præter folia: non enim erat tempus ficorum, Marci 11, v. 12 et 13.* Ex jam citatis posterioribus verbis satis manifestum est quod Christus non simulaverit famem, seu appetitum manducandi ficus; nam optimè sciebat nondum esse tempus ficorum. Itaque Dominus suo facto exprimit mysterium, scilicet reprobationem synagoga; seu populi Judæi; eò quod veniens in mundum fructus fidei ac bonorum operum in eo non reperisset. Et sic nulla est simulatio falsæ famis, sed significatio veri mysterii.

Porrò quod Marcus dicit: *Non enim erat tempus ficorum*, non est necessario etiam ad mysterium tractandum, cum illud tantum additum ab ipso videatur

ut rationem redderet, quare ad litteram nihil inventum fuerit in ficu præter folia, ac proinde significaret Dominum, qui sciebat non esse tempus ficorum, hæc fecisse in mysterio, ad significandum se synagogam arefacturam, quia fructum non afferbat, quemadmodum arbor illa fructum non habebat. In eo igitur tantum quod Christus docere voluit, ficus synagoga similis esse debet, quod neutra fructum haberet. In eo verò quod Christus dicere noluit, similis esse non debet; ut quemadmodum tempus non erat, ut ficus haberet fructus, ita tempus non esset, ut synagoga bona opera faceret: Hoc enim inter arbores et homines interest, quod arbores naturâ suâ, non nisi certo quodam anni tempore fructus ferre debent, homines verò debent toto tempore vite sue bene facere. Similiter quod dicit Dominus: *Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternam*, non significat populum Judaicum perpetuò maledictioni permanens obnoxium, nec nunquam fructum facturum. Nam postquam intraverit plerumque gentium, etiam Israelæ salvum fore docet apostolus Paulus ad Rom. 11. Non enim oportet omnia que typo conveniunt, ipsi veritati significare similiter convenire. Designatur igitur tantum, quod populus Judaicus longo tempore sit mansurus sine fidei fructu, quem demum in fine mundi profect.

Postquam autem Dominus ficum maledixisset, ac diem in docendo transegisset, cum vespera facta esset, egrediebatur de civitate. *Et cum mane transiret viderunt ficum aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti, aruit. Marci 11, v. 19, 20 et 21.* Ex jam citatis verbis videtur sequi quod ficus illa aruerit, vel saltem quod primum viderint apostoli illam esse arefactam postridiè, quâ Christus illi maledixerat: nam citato Marci capite v. 11, habetur quod vesperâ istius diei, quâ triumphabundus intravit Jerosolymam, iverit dormitum in Bethaniâ, et aliâ die (scilicet mane, ut dicit Matthæus, cap. 21, v. 18) cum exiret à Bethaniâ, ficum maledixit. Deinde cum vesperâ facta esset, egrediebatur de civitate. *Et cum mane transiret, viderunt ficum aridam factam.* Ergo tantum sequenti die viderunt illam arefactam.

Juxta Matthæum verò videtur eodem die, et eodem penè momento arefacta quo Christus illi maledixit: nam, cap. 21, v. 19, dicit Dominus ficui: *Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficus mea. Et videntes discipuli, mirati sunt.*

Sed cum sacerdotibus et scribæ ad jam dictam interrogationem responderent: *Nescimus, ait illis Christus: Nec ego dico vobis in quâ potestate hæc facio.* Id est, quemadmodum vos non vultis mihi disertè responderent de potestate Joannis, ita nec ego vobis, nequitiâ plenis, de meâ. Sed sicut ipsi in cogitationibus suis responderant, Joannis auctoritatem esse à Deo, ita et Christus tacite indicat suam esse à Deo, insinuando scilicet, eâ se potestate hæc facere, quam Joannes ei quæ Marcus commemoravit, venisse illum in civitatem, et vesperâ exiisse, et mane cum transiret, discipulos arborem aridam fuisse miratos: et eî quod secundo die gestum erat, quo arbor arefacta,

est, adjuncti illud quod tertio die gestum est, eî ejus ariditatem miratos esse discipulos, et de potentiâ fidei à Domino audisse, sic ea conjungens, et ut nisi ex Marci narratione cogamur attendere ubi et quid Matthæus prætermiserit, non possit agnosci.

Dices: Discipuli, Matth. 21, aiunt: *Quomodo continuo aruit? Ergo non die sequenti, sed continuo et sine morarunt.*

Resp. et continuo non debere intelligi absolute, quasi in momento, in ictu oculi aruisset; sed respectivè ad tempus quo arbores solent crescere; non enim arcescit spatio unius diei, sed paulatim. Vel potius incipit crescere dum maledicta est, et postridiè erat omninò arefacta. Unde S. P. Aug., loco præcitato ait: *Intelligitur autem non tunc aruisse, quando viderunt, sed continuo quando maledicta est. Neque enim arcescentem, sed penitus arefactam viderunt, ac sic eam continuo in verbo Domini aruisse intellexerunt.*

#### QUESTIO IV.

Varia resolvuntur de iis que tertiâ die à Christo in templo gesta sunt.

Dominus ac Salvator noster tertiâ die templum intrans, et populum docens, interrogatur à principibus sacerdotum, scribis, et senioribus: *In quâ potestate hæc facis?* Matth. 21, v. 23, id est, quâ auctoritate, ut habetur in textu Græco, populum doces, venditores victimarum ejcicis, populumque convocas, ut tibi quasi doctores et Messie acclamet: *Hosanna?*

Huc interrogationi noluit Dominus aperte respondere, dicendo, v. g., se Deum esse et Messiam, Deique ac Messie potestate facere, quæcumque faceret. Sed interrogationem aliam interserit, ex quâ pendebat questionis à scribis propositæ solutio. Itaque transfert sermonem à potestate in potestatem, inquit Barrabâ: à potestate suâ, de quâ rogabatur, in potestatem Joannis, de quâ ipse rogat. Rogabant illi: *In quâ potestate hæc facis? Rogat ipse: Baptismus Joannis unde erat? E celo, an ex hominibus?* Id est, in quâ potestate faciebat Joannes, quæcumque faciebat. Baptismi enim nomine cætera intelliguntur que Joannes faciebat. Sensus igitur est: Vos à me queritis, undenam potestatem habeam, an à Deo, an ab hominibus? Ego vicissim quero à vobis undenam potestatem baptizandi, predicandi seu docendi habuerit Joannes Baptista? An à Deo, an ab hominibus?

Sed cum sacerdotibus et scribæ ad jam dictam interrogationem responderent: *Nescimus, ait illis Christus: Nec ego dico vobis in quâ potestate hæc facio.* Id est, quemadmodum vos non vultis mihi disertè responderent de potestate Joannis, ita nec ego vobis, nequitiâ plenis, de meâ. Sed sicut ipsi in cogitationibus suis responderant, Joannis auctoritatem esse à Deo, ita et Christus tacite indicat suam esse à Deo, insinuando scilicet, eâ se potestate hæc facere, quam Joannes ei quæ Marcus commemoravit, venisse illum in civitatem, et vesperâ exiisse, et mane cum transiret, discipulos arborem aridam fuisse miratos: et eî quod secundo die gestum erat, quo arbor arefacta,

hoc enim de me testificatus est Joannes, docens se esse servum, me autem Messiam Filium Dei; idque cum vos hæc de re legatos ad eum ex pressio misissetis, sciscitatum ab eo an ipse esset Messias. Joan. 1, v. 20 et 26.

Post hæc Christus principibus sacerdotum et scribis proponit varias parabolas, ac prædicit translationem regni Dei à Judæis ad gentes. Inter alias autem, Matth. 22, proponit parabolam invitatorum ad nuptias, quæ est similis illi quam refert Lucas, cap. 14, v. 16. Unde Maldonatus censet esse eandem, et Matthæum non servasse ordinem historię. Veriùs S. Augustinus, inquit à Lapide, lib. 2 de Cons. evang., cap. 71, S. Gregorius, D. Thomas, Jansenius et alii censent illam esse hanc parabolam ab illâ Luca; vel certè eandem, sed bis aliterque repetitam; conferenti enim utramque patet plura in iis esse diversa. Nam, ut alia taceam, Lucas asserit illam à Christo dictam in domo Pharisæi, Matthæus verò publicè in templo, ut patet ex cap. 21, v. 23. Ita à Lapide.

Porrò parabola illa videtur explicanda et applicanda hoc modo; primò: Homo Rex est Deus Pater: filius Regis sponsus, est Filius Dei incarnatus, cujus sponsa est Ecclesia: utriusque nuptiæ inchoatæ sunt in Christi incarnatione: in eâ enim Christus humanam naturam sibi hypostaticè, et per eam Ecclesiam, id est, cæteros homines fideles, quasi sponsam mysticè sibi despondit per gratiam; sed in celo hæc nuptiæ consummabuntur per gloriam. Ita S. Hilarius, Hieronymus, Gregorius ac alii.

Secundò, Deus Pater Christo fecit nuptias; id est, nuptiale convivium, cum in Judæâ totoque mundo per Christum propositi mensam evangelicæ doctrinæ et Sacramentorum, præsertim Eucharistiæ.

Tertiò, ad has nuptias à Deo primò per Moysen et prophetas, quasi Dei servos invitati fuerunt Judæi, tum ante, tum post incarnationem Christi, ut eam futuram, vel jam factam crederent, atque ita in Christum sperantes, penitentes et supplicantes, ab eo gratiam, justitiam, et salutem consequerentur.

Quartò, ager et villa, in quæ abièrunt invitati, negligentes invitationem, significant bona temporalia, que Judæos à fide et lego Christi, bonisque caelestibus ab eo promissis arcearunt; idèque ipsi Dei servos, id est, apostolos, primosque fideles, imò ipsum Christum occiderunt. Quocirca rex seu Deus iratus misit exercitus suos (Romanos nimirum sub Tito et Vespasiano) qui Judæos, sive homicidas illos perdidit et occiderunt, ac civitatem, id est, metropolim eorum, seu Jerusalem cum templo destruxerunt.

Tunc ait servis suis, non post perditos homicidas succensamque civitatem; sed tunc, cum pervicaciter ad nuptias venire, seu Christi fidem recipere detrectarent. *Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ille ergo ad exitus viarum, et quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias.* Hoc est, perambulate et percurrite omnes vias, usque ad omnes earum angulos atque exitus; seu per universum mundum omnibus gentibus usque in fines orbis terra,

predicatio Evangelium. Mandat enim apostolis, ut ab invilitatis, id est, Judaeis, Evangelium transferant ad omnes gentes. Cetera quae in hac parabola dicuntur, vix indigent explanatione.

Ob propositas à Christo parabolas irati sunt Judaei, et cum eum manibus capere non auderent, conantur capere in sermone. Itaque tunc aheutes Pharisei obtulerunt ei varias questiones, quibus eum satisfacisset, et eorum astutiam delusisset, accesserunt ad eum Sadducei, qui dicunt non esse resurrectionem mortuorum; atque ipsum irretire conantes, proponunt questionem de muliere, quae fratribus septem successivè mortuis, juxta legem Deut. 25, matrimonio copulata fuerat, et petunt ejus in resurrectione futura sit uxor. Proponunt autem hanc questionem, ut absurditate quae ex eâ sequi videbatur (quod scilicet vel plures eandem haberent postea simul uxorem, vel unus praeter ceteris, quibus par erat jus) expugnarent resurrectionem, et consequenter regnum caelorum, et vitam aeternam quam Christus predicabat. Atverò ipse eis respondit: *Erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur; sed erunt sicut angeli Dei in caelo. De resurrectione autem mortuorum non legis quod dictum est à Deo (Exodi 5) dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob? Non est Deus mortuorum; sed viventium, Matth. 22, v. 29, et seq. Hic graecè ultima verba*

Quaeres 1<sup>a</sup> an Christus benè probaverit resurrectionem mortuorum ex illis verbis Exodi: *Ego sum Deus Abraham, etc.*

Resp. affirmative; quia sensus illorum verborum est hic: Non solum olim fui, sed etiam nunc sum Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob. Sub hac autem propositione quodammodo submittit Christus: *Atqui non est Deus mortuorum; id est, eorum qui corpore et animâ extincti sunt, sed viventium. Unde concludendum relinquitur; ergo Abraham, Isaac, et Jacob non sunt penitus mortui, sed vivunt, et consequenter mortui resurgunt.*

Nec obstat quòd, quamvis animae patriarcharum solas viverent, nec resurgerent corpora. Deus posset vocari eorum Deus. Quia Christus in argumento suo spectavit seu respexit mentem Sadduceorum. Sadducei autem, teste Josepho, lib. 18 Antiq., cap. 2, docebant eum corpore simul exstinguì et animas. Itaque immèdiatè Christus probavit animas permanere post mortem corporis ex eo quòd vocetur Deus Abraham, et Deus non sit Deus mortuorum, id est, penitus exstinctorum, etiam quantum ad animam; sed viventium. Quòd si anima non exstinguitur, sed immortalis permanet, ergo resurgunt et corpora. Anima quippe ex naturali quodam pondere requirit conjungi corpori; et perquam justum est ut quod particeps fuit operum ac laborum, poenae quoque et praemii particeps fiat. Et de hac posteriori sequela probanda non erat quòd laboraret Christus, ait Tirinus; cum Sadducei illam admitterent: nam nulla alia de causa vel illi, vel alii philosophi (aut etiam nostri jam adhe) nega-

runt resurrectionem corporum, quam quòd non crederent immortalitatem animae.

Quaeres 2<sup>a</sup>, quare Christus ad probandam resurrectionem mortuorum non usus fuerit aliis Scripturae testimoniis, puta isto Isaie 26: *Suscitantur motui, et resurgunt, qui in sepulchris sunt. Et Danielis 12: Multi dormientium de terra pulvere resurgent; quandoquidem hi textus multò clariùs de resurrectione mortuorum agunt, quam praefatus textus Exodi?*

Respondent multi id Dominum ideò fecisse, quia Sadducei quinque tantum libros Moysis recipiebant, prophetas verò respuebant. Unde Josephus, lib. 18 Antiq., cap. 2, de Sadduceis ait: *Nec quidquam praeter legem servandum existimant.*

Sed hanc responsum opponunt Lucas Brugenis hoc argumento: Si Sadducei prophetas rejecissent, procul dubio habiti fuissent desertores patriae religionis, et exclusi templo ac synagoga, ubi Psalmi Davidici quotidie canebantur, et Prophetarum libri publicè legebantur atque exponebantur, ut habetur Luca 4, v. 16, et Act. 15, v. 15. Et usque adeò non excluderentur locis sacris et communione fidelium, ut et ipse summus sacerdos seclà nonnumquam Sadduceus esset, quemadmodum Ananias ille, de quo Act. 25, v. 2. Ad id verò quòd ex Josepho allatum fuit, respondet praefatus Lucas quòd ipse loco citato non opponat legem prophetis (eadem enim sunt prophetarum quae Legis procepta) sed traditionibus: nam traditionum nulla erat Sadduceis cura; ut disertè docet lib. 15 Antiq., cap. 18.

Itaque juxta Lucam Brugensem et varios alios, ideò Christus ad astruendam resurrectionem praedictò potius loco ex Moysè, quam alio ex prophetis usus fuit, ut loco ex Moysè allato locum ex Moysè opponeret, prout dicit S. Chrysostomus. Quia igitur Sadducei ex Moysè argumentum suum depraeserant; voluit Christus argumentum eorum alio ex eodem Moysè depresso argumento refellere, inquit Tirinus.

Pharisei audientes quòd Dominus silentium imposuisset Sadduceis, rursus eum aggressi sunt, quorum interrogationi eum satisfacisset, eosque confutasset, dirigit sermonem ad turias, et ad discipulos suos, Matth. 25, v. 2, dicens: *Super cathedram Moysi sederunt scribae et Pharisei. Omnia ergo quaecunque dixerint vobis, servate et facite. Videtur haec verba repugnare iis quae habet idem evangelista, cap. 16, v. 6, ubi narrat quòd Christus dixerit discipulis suis: Cavete à fermento Phariseorum et Sadduceorum; id est, ut ibidem ex versu 12 liquet à doctrinâ Phariseorum et Sadduceorum. Sed dicendum est quòd cap. 16 loquitur de falsâ doctrinâ Phariseorum et Sadduceorum, sive de illâ quâ formabant suam sectam; et sic prohibet discipulis, ne alteram sectam sequantur. Cap. autem 25 agit de doctrinâ Phariseorum, quam juxta legem communem habebant cum scribis. Dicit verò: Omnia quaecunque dixerint vobis, facite; id est, omnia, quantumvis fictitia et nullius momenti, facite, dummodò per altiore legem non prohibeantur. Similiter Apostolus ad Coloss. 5 dicit: *Fili, obedite pa-**

tribus per omnia. Et iterum ibidem: *Servi, obedite dominis carnalibus per omnia. Ubi à omnia intelligi debet cum hac exceptione: Quae nulla superiori lege prohibentur, seu naturali, seu positiva divina, vel humana.*

Tandem Dominus multiplex V<sup>o</sup> in scribas et Phariseos pronuntiat, exprobratque ipsis quòd sint imitatores eorum qui prophetas occiderunt, etc. Unde hic observandum est quòd, etsi Lucas, cap. 11, refert illa à Christo esse dicta extra Jerusalem, tamen ideò non repugnat Matthæo, qui asserit eadem esse dicta in ipso templo Jerosolymitano; nam uterque evangelista facillè conciliatur, si dicamus cum S. P. Aug., lib. 2 de Cons. evangelist., cap. 75, Dominum habuisse similes duos sermones, quorum Lucas alterum, alterum Matthæus narravit.

#### QUÆSTIO V.

De quâ consummatione loquitur Christus, Matth. 24; et quid ibidem intelligatur per abominationem desolationis.

Postquam Dominus Phariseos reprehendit, viduamque laudavit, discessit ex templo: occasione autem eorum quae egressus de templo dixerat discipulis, scilicet templum fore destruendum, cum jam sederet in monte Oliveti, accesserunt ad eum discipuli secretò (videlicet Petrus, Jacobus, Joannes et Andreas, ut habet Marcus, cap. 15, v. 5) et postulaverunt ab eo tria haec, scilicet primò: *Quando haec erunt? Nempè de excidio templi quòd nimirum hic non reliquerit lapis super lapidem. Secundò: Et quod signum adventus tui? Gloriosi ad judicium, de quo jam antea à te audivimus, nempè Matth. 15, v. 41. Tertio, Et consummationis seculi? Id est, finis mundi de quo eodem cap. 15, v. 49. Ad singula ipsis respondet, et dicit futuros terrores, et signa magna, tam ante excidium Jerosolymitanum, quam ante finem mundi; de quibus signis aliqua dicemus quaest. seq.*

Matth. 24, v. 9: *Tunc tradent vos in tribulationem, et occident vos. Praedicit Dominus persecutionem discipulorum ac Christianorum, illo tempore à Judaeis et gentilibus excitandam; et quidem ante illud tempus; nam Lucas, cap. 21, v. 15, habet: Ante haec omnia injiciet vobis manus.*

V. 12: *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* Hic textus à quibusdam concionatoribus male explicatur hoc sensu, quasi jam, seu hisce nostris temporibus esset major malitia, et minor charitas quam fuit olim; siquidem genuinus sensus est hic: Quia abundavit iniquitas, et crudelitas persecutionis, multi à fide et charitate deficient. Unde subiungit immèdiatè: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Hunc sensum admittit S. Hier. in c. 24 Matth., dicens: *Non omnium negavit Christus fidem, cum dicit: Refrigescet charitas multorum; sed multorum. Multi enim vocati, pauci electi.* Nam in apostolis, et similibus eorum permansura est charitas.

V. 14: *Et praedicabitur hoc Evangelium regni, seu de regno caelorum, omnibus patefacto atque proposito, in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus; et tunc veniet consummatio, scilicet ejus de quo vos quaesivistis. Haec autem Christi verba S. Hieron. et nonnulli alii intelligunt de consummatione seculi, antequàm tandem praedictum erit Evangelium in omnibus gentibus. S. Hieronius verò, eam. 25 in Matth., et S. Chrysost., hom. 76, ista verba interpretantur de consummatione, seu fine reipublice Judaicae, id est, de excidio Jerosolymitano.*

Probat autem S. Chrysost., Evangelium ante excidium Jerosolymitanum in omnibus gentibus fuisse praedictum hoc modo: *Quòd ante urbis eversionem Evangelium effusum esset, Paulum audi ad Rom. c. 10: In omnem terram exiit sonus eorum. Et rursus ad Coloss. 1: Praedictum est Evangelium universis creaturae, quae sub caelo est. Item quòd ante excidium Jerosolymitanum discipuli Christi, alique Christiani graves persecutiones passi sint, notum est ex Actibus apostolorum, aliisque historiis ecclesiasticis.*

Obj. 1<sup>o</sup>: *Ante excidium Jerosolymitanum non fuit Evangelium in toto orbe promulgatum, siquidem multae nationes tunc illud adhuc ignorabant. Unde S. Aug., epist. 80, fatetur quòd suo tempore in Africa etiam non essent multae barbarae gentes quae nihil de Evangelio audiverant. Et ideò ipse Beda, alique evant. praedicata Christi verba esse intelligenda de fine mundi.*

Resp. Disting. assumpt. Non fuit praedictum in omnibus omnino mundi partibus; concedo: Non fuit praedictum in omnibus ferè mundi partibus, tempore illo notis; nego assumptum. Hoc autem sufficit ut dicatur praedictum in universo orbe: nam Christus hic loquitur sicut Lucas, c. 2, cum ait: *Exiit edictum à Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis, scilicet non omnis omnino; sed qui tunc obedebat Romanis.*

Duplex ergo est sensus praefati textus, nempè primus: Oportet ut praedictum Evangelium in toto ferè mundo, ante excidium Jerosolymitanum; secundus: Oportet ut praedictum in toto omnino mundo, ante finem mundi. Objecti Patres astruunt quidem hunc secundum sensum; sed non negant primum, qui requirit ac secundus fuit à Christo intentus, ipsunque juvat textus S. Marci, c. 15, v. 10: *Et in omnes gentes primum oportet praedictum Evangelium. Et cum dixerint vos tradentes, nolite praecogitare quid loquamini.* Ubi aperte insinuat prius Evangelium praedictandum per totum mundum, quam apostoli occiderant. Eundem sensum positivè admittit S. August., epist. 80, supra citata.

Obj. 2<sup>o</sup>: *Discipuli Christum interrogaverunt: Quando haec erunt, et quod signum adventus tui, et consummationis seculi? At Christus respondit: Quando Evangelium erit praedictum in toto orbe, tunc veniet consummatio.* Ergo de consummatione seculi intelligendus est, de quâ discipuli interrogabant.

Resp. discipulus non de solâ consummatione, sive

fine seculi interrogasse, sed etiam de consummatione templi, et reipublice Judaicae, ut constat ex supra dictis; et sic Christus hoc loco de illius et urbis Jerusalem consummatione respondit.

Matth. 24, v. 15: *Cum ergo videritis abominationem desolationis, quae dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto; qui legit intelligat.* Nonnulli antiqui putarunt per abominationem desolationis intelligi Antichristum; sed S. August., epist. citata ostendit ex S. Luca, debere intelligi abominationem futuram ante excidium Jerosolymitanum: Nam haec ita describit S. Lucas, c. 21, v. 20: *Cum autem videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote quia appropinquavit desolatio ejus.*

Item ex ipso Daniele probatur haec intelligenda esse de excidio Jerosolymitano; nam ita habet cap. 9, v. 26: *Et civitatem, et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo; et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio... Et erit in templo abominatio desolationis; et usque ad consummationem et finem perscrebunt desolatio.*

Abominatio autem quam hic praedicit Christus, est illa sceleratissima profanatio templi, facta per Judaeos aliquos, qui se vocabant *Zelotas*, id est, zelosos, qui in Jerusalem irrupentes, pollutis pedibus templum ingressi, eoque loco castris ac tyrannidis praesidio adversus populum sui sunt. Tot verò cedibus innocentium vel noentium toto illo tempore, tum inter se pugnantes, tum cum populo, illud repleverunt; ut Josephus, lib. 6 de Bello Judaico, cap. 4, testetur per atria divina diversorum cadaverum sanguinem fecisse stagnum, nec potuisse amplius manere Dei locum, qui domesticorum erat sepulcrum. Hinc neque Judaeis, neque Romanis in tota obsidione intolerabilis vel horribilissimus quidquam visum est, quam illa immanis templi profanatio; ut propter illa sacrilegia Josephus, lib. citat., cap. ult., dicat: Puto, si Romani contra noxios venire tardassent, aut hiati terrae devorandam fuisse civitatem, aut diluvio perituram, aut fulminum aut Sodomae incendia passuram; imò ut etiam Titus ipse seditiosos aliquoties rogaret, ut à tantâ profanatione discederent, se quoque testaretur non esse causam ejus, ut videre licet lib. 7, cap. 4, apud citatum Josephum. Hinc idem testis est, lib. 5, cap. 2, veterem fuisse sermonem, tunc demum civitatem captum iri, sancta quoque flammis exurenda lege belli, cum seditio fuisset exorta, templumque Dei propriae manus ante violassent: Quibus, inquit, zelote, nihil de eorum fide dubitantes, ministros se praebuerunt. Sermo hic seu traditio ex Danielis propheta vel Christi praedicatione fortassis ortum habuit: quae enim verior et magis propriae dicta abominatio in templo stare potuisset? Jure merito vocatur *desolatio*, quia illius desolationis, templi ac Jerusalem, quam statim Daniel adjungit usque in finem perseveraturam, vera causa fuit. Nam illam seditiosem Zelotarum, et aliorum sceleratorum in templo, causam perditionis Jerosolymae, ac templi exusti fuisse, ex Josephi attestazione manifestissimum est.

Itaque quod Lucas dicit: *Cum videritis circumdari ab exercitu Jerusalem*, scilicet sub Gestio (tunc enim erat fugae locus, non sub Tito), non designat ipsam abominationem desolationis, sed potius tempus quo illa mox erat apparitura, et quo deberent de fugâ cogitare ex Jerusalem et Judaea, eò quod brevi instaret ejus consummatio, inquit Jansenius. Unde Josephus, lib. 2, cap. 25, dicit: Post Cestii casus adversos, nobilium Judaeorum multi, tanquam è navi pessum iturâ, ex civitate enatarunt.

Patet igitur verba Christi, de abominatione desolationis, non esse referenda ad tempora Antichristi. Unde S. Aug., epist. 80, citans verba Lucae 21, vers. 20, ex eisdem sic concludit: *Apparet itaque tunc (nempe tempore excidii Jerosolymitani) ibi positam desolationis abominationem, de qua duo illi evangelistae (scilicet Matheus et Marcus) locuti sunt.* Incepti autem praedicta templi profanatio paulo post circumdatam ab exercitu Cestii, et iterum liberatam Jerusalem duravit per tres annos circiter cum medio, scilicet usque ad excidium civitatis.

Dices: Christus loquitur de abominatione desolationis, quae futura seu exstitura erit in loco sancto; atqui tempore excidii Jerosolymitani templum non erat amplius locus sanctus; quandoquidem lex Moisaica, cultus Judaicus, et sacrificia essent abrogata; ergo per abominationem desolationis non potest intelligi ista profanatio templi, quae facta est à Zelotis, sed intelligi debet Antichristus, qui in templo vetuti Deus sedebat, ut docet Apost., 2 ad Thessalonic. 2.

Resp. Neg. min. Nam vocatur locus sanctus, quia Deo fuerat dedicatum, quia in eo Christiani etiam Deum colebant, et quia usque ad sufficientem Evangelii promulgationem cultum Judaicum Deus permittebat.

#### QUESTIO VI.

*An signa quae praedixit Dominus, processura excidium Jerosolymitanum, revera evenierint.*

Resp. affirmativè, et ostenditur. Primò dicit Matth. 24, v. 2: *Non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruat.* Id est, funditus destructur, quod etiam factum est: nam urbs fuit incensa, plene eversa, et solo aequata; imò aratrum in eam immisum est, ut testatur S. Hieron., in cap. 8 Zachariae, item Josephus et alii. Secundo dicit: *Multi venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, et multos seducunt.* Tales fuerunt Theodas ille, de quo Josephus, lib. 20 Antiq., cap. 2; impostor ille *Egyptius*, de quo idem scriptor, lib. 2 de Bello Judaico, c. 12, et S. Lucas, Act. 21, v. 38. Item talis fuit Simon Magus, de quo Act. 8, v. 10, qui teste S. Hieron., aiebat: *Ego sum sermo Dei, ego speciosus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia.* Et teste Irenaeo, lib. 1, cap. 20, dicebat se in Judaea apparuisse ut Filium, in Samaria ut Patrem, in gentibus ut Spiritum sanctum descendisse. Tales etiam fuerunt ejus discipuli Menander, Saturninus, Carpocrates, caeterique e familia Simonis propagati. Talis seductor etiam erit Antichristus.

Uude hic notandum est quòd aliqua quae dicuntur processura excidium Jerosolymitanum, sint suo modo etiam processura interitum mundi. Itaque Christus plurima recenset mixtim: quaedam enim praecedent utrumque excidium, quaedam tantum Jerosolymitanum, quaedam tantum excidium mundi. Nam ut rectè advertunt S. Hieron., Beda et Aug., epist. 10, Christus apostolis confusè de orbis et urbis excidio rogantibus, confusè et mixtim respondet, Matth. 24, usque ad versum 15. Inde ab hoc versu incipiendo, distinctè agit de excidio urbis Jerusalem, ejusque signa praevisa assignat usque ad versum 25, ubi deinceps usque ad finem capituli agit de signis, quae praebunt excidium orbis, sive finem mundi.

Porro de urbis et orbis excidio mixtim à versu 7 usque ad 15 agit, liquet ex ipsis ejus signis quae utrumque excidium praebunt. Quocirca haec de orbis excidio, ejusque signis accipiunt S. Hilarius, S. Gregor., hom. 1 in Evangelia, et Irenaeus, lib. 3, cap. 27. Illud enim praebunt gravissimi tumultus, praefatae, pestes, terrae motus, pseudochristi, etc.

Rursùm de urbis excidio haec rectè quoque intelligunt S. Chrysost., Euthymius et Theophylactus; idque patet ex Luca, cap. 21, v. 8 et 12, ubi ait: *Sed ante haec omnia injiciet vobis manus suas, et persequetur trahentes in synagogas.* Hoc discipulis Christi ante excidium urbis contigisse, ex Actibus apostolorum manifestum est. Ante idem excidium etiam surrexit gens in gentem; quia postquam Jerosolymitani praedictum suum Romanum ceperunt et trucidarunt, mox Aesalonitae, Ptolemaidenses, Damasceni, Alexandrini, Syri, Romani, et omnes vicinae gentes certatim in bella contra Judaeos surrexerunt; idque continuò usque ad excidium, de quibus Josephus fusè agit, lib. 2 de Bello Judaico, cap. 11, usque ad finem libri 7, et Hegesippus, lib. 2, cap. 11, 14, 16 et 17.

Pestilentias et famem tunc quoque fuisse non videntur dubium; nam haec post diuturna bella semper sequi solent. Et quidem de ingenti fame ante vastatam Jerusalem fit mentio, Act. 11, v. 28, de qua latius Josephus, lib. 20 Antiq., cap. 2 et 5. Terremotus fuisse per loca, seu in diversis locis, testatur Eusebius in Chronico, ubi narrat tres urbes terrae motu in Asia concidisse. Idem testatur Josephus, lib. 4 de Bello Jud., cap. 7, ubi de alio terrae motu dicit: *Orta crebra fulgura, horrendaque tonitrua, concussaque terra vasti mugitus: certumque erat apud omnes, hominum exitio mundi statum esse turbatum.*

Terrores etiam de caelo, et signa magna, de quibus Lucae 21, v. 11, refert Eusebius, lib. 3 Histor., cap. 8; item Josephus, lib. 7 de Bello Jud., cap. 12, ubi narrat sequentia. Primò, horribilis cometes, formâ gladii, Jerosolymae ante excidium è caelo incubuit. Secundo, in Paschate, conflente populo, hora nonâ nocturnâ lux meridiana in templo per mediam horam fulsit. Tertio bos (cujus nomine Josephus haud dubiè intelligi vacam) in atrio templi agnum peperit. Quarto, orientalis porta templi aenea et gravissima, ut vix à viginti viris claudi posset, hora noctis

sexta ultro patefacta est. Quintò, in aere vise fuere armatae acies, currus et pugnantium praelia, etc.

Post enarrata signa, quae excidium Jerosolymitanum erant processura, incipit Matheus quoque describere tribulationes quae tunc erant futurae. Inter alia autem dicit cap. 24, v. 21: *Erit tunc, nempe postquam abominatio desolationis steterit in loco sancto, seu templo Jerosolymitano, tribulatio magna, scilicet in Judaea et Jerusalem.* Nam etiam ista ad excidium gentis Judaicae pertinere, patet ex Luca, qui cum cap. 21, v. 25, dixisset: *Erit enim pressura magna super terram, ut ostenderet se terram Judaeae intelligere, explicando adiecit: Et tra populo huic.* Species autem tribulationis exprimit ibidem: *Cadent enim in ore gladii, et captivi discentur in omnes gentes.* Porro, ut dicit Matheus, tribulatio talis erit qualem non fuit ab initio mundi usque modo, neque erit: nempe in populo Judaico, ut exponit S. P. Aug., epist. 80, ubi postquam ex Josepho dixisset talia mala illi populo tunc accidere, ut vix credibilia videantur, ita pergit: *Unde non immerito dictum est talem tribulationem nec fuisse à creaturae initio nec futuram.* Sed et si tempore Antichristi talis aut major forsitan erit, intellegendum est de illo populo dictum, quod ei talis amplius futura non erit. Si enim Antichristum illi primitivè et praecipuè recepturi sunt, facturus est tunc idem populus tribulationem potius quam pacem. Imò nonnulli existimant verba Christi posse generaliter intelligi de omni natione; ita ut designetur quòd nec fuerit, nec futura sit talis tribulatio in ulla omninò particulari gente aut regione totius mundi, quia videlicet extremum scelus occisi Filii Dei extremis tribulationibus vindicandum erat. Unde et ipse Josephus, lib. 6 de Bello Jud., cap. 11, ita scribit: *Ut breviter dicam, neque aliam civitatem unquam talia perpessam puto, neque ullam nationem post hominum memoriam multatâ ferociores fuisse.*

*Et nisi, inquit Christus apud Mattheum, brevia fuissent dies illi, non feret salvo omnis caro.* Apud S. Augustinum, epist. citata, hoc quidam intelligunt factum eo modo quo sub Josue, cap. 40, v. 12, dies fuit longior. Ipse Augustinus ibidem per dies breviores intelligi mala breviate, de quibus subdit: *Ipsa ergo dicta sunt breviter, ut Deo donante per tolerantiam minus sentirentur, ac sic quae magna essent, brevia ferent.* Non incongruè etiam intelligi potest quòd dies illi, ut ibidem Augustinus innuit, ad paucitatem redigebantur. Sensus ergo est: Nisi tempus illud belli ac tribulationis Judaicae ab aeterno breviter decrevisset Deus, quam illorum impietas, et justitiae divinae severitas exigerat, nullus Judaeorum evasisset mortem corporalem, sed tota natio fuisset per Romanos deleta. Jam autem, ut testatur Josephus, lib. 7 de Bello Jud., cap. 15, plus quam quadraginta millia Judaeorum eladi illi, et exitio superfuere, ac salva mansere. Unde verba Christi sic intelligi debent: Nulla caro Judaica salva fuisset. Ita interpretatur praecitatum Scripturae locum Jansenius, et alii communiter.

*Sed propter electos breviantur dies illi.* Nam Deus

ex illa natione etiam aliquos ad aeternam beatitudinem elegit, qui scilicet vel tunc vivebant, vel ex illis usque ad finem mundi nascituri erant. Unde Augustinus epist. praecitata rursus ita scribit: « Non enim debemus ambigere, quando eversa est Jerusalem, fuisse in illo populo electos Dei, qui ex circumcissione crediderant, sive fuerant credituri electi ante constitutionem mundi, propter quos breviarentur dies illi, ut tolerabilia mala fierent. » Sicut ergo ab aeterno decretum erat, ita et in tempore fecit divina Providentia, ut citò bello et calamitatibus finis imponeretur, Romanis Judaeos ceteris superantibus. Dei manum Titus ipse agnovit, ut ex Josepho constat, lib. praecitato, cap. 15. Unde idem, ut narratur apud Philostratum, rejecta coronâ sibi oblata, fatabatur non se talium operum auctorem fuisse, sed Deo contra Judaeos iracundiam demonstrante, praevailsse.

## QUESTIO VII.

De quibusdam aliis hâc spectantibus.

Math. 24, v. 25: *Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere.* Transit hic Dominus à signis excidii Hierosolymitani ad signa excidii totius orbis: nam vasto Jerusalem vastationis et finis mundi typpus fuit. Itaque illud tunc omne tempus, quod ab excidio Hierosolymitano usque ad finem mundi labitur, comprehendit, et maxime tempus Antichristi. Si quis vobis dixerit, discipulis videlicet meis; nam sub apostolis omnes fideles intelligit: *Ecce hic est Christus, aut illic*; id est, hoc aut illo loco apparuit Messias, qui Judaeos, aut vos à calamitatibus liberet, felicitatemque largiatur: *Nolite credere*, quia non nisi unus est Christus, qui jam vivit. Inter tales fuit olim impostor ille, de quo agit Eusebius, lib. 4. Histor., cap. 6, qui sub Adriano imperatore finxit se esse Messiam, ideoque vocari voluit *Barchochebas*, id est, filius stellae, quasi in ipso implectitur illud Balaam de Messia vaticinium: *Orietur stella ex Jacob*, Numer. 24. Tales etiam multi erunt tempore Antichristi, et ipsemet Antichristus totâ professione hoc acturus est. Ab his autem et similibus ut fideles sibi praecaveant, praecipit Christus, et tum subiungit:

V. 27 et 28: *Sicut fulgur erit ab Oriente, et pariet usque ad Occidentem, ita erit et adventus Filii hominis. Ubicumque fuerit corpus (in textu Graeco habetur cadaver) illic congregabuntur et aquilae.* Hâc similitudine Christus indicat ita manifestum fore adventum suum ad iudicium, ut ad ipsum electi instar aquilarum nullo monstrante, sint convolaturi. Aquilae, ex distant loco cadaveris odorem percipiunt, et ad escam congregantur. Unde Job 59, v. 50, de aquilâ dicitur: *Ubicumque cadaver fuerit, statim adest.* Sicut ergo aquilae, nemine ostendente, ad cadavera convolant, sic electi tempore extremi iudicii, nemine indicante, ad Christum convolabunt. Christus autem se comparat cadaveri, propter mortem corporis, quam pro nobis subiit; sanctos verò suos aquilas, quod aquilarum instar in altis super terrena volent, oculatissimi in Christum velut solem oculos figant, senectutem renovent. Sen-

sus igitur est: Ubicumque fuerit, cùm instar fulguris in nubibus apparuerit, cò saneti mei, sententiae praesentiae: mea virtutem, tanquam ad escam suam, ex omnibus orbis partibus summo desiderio rapti in nubibus obriam mihi in aera convolabunt, ut me laque gloria felicissimè reficiantur, pascantur, et beneant in aeternum; ac proinde tunc non opus erit inquisitione, ubi sit Christus; utpote cuius adventus erit gloriosus, et toti mundo conspicuus. Hoc est quod ait Paulus: *Rapiemur in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus.*

V. 29. *Statim autem post tribulationem illorum dierum; nempe quibus pseudochristi et pseudopropheta dixerint: Ecce hic est Christus, etc., per quod praecipit tempora Antichristi significantur, ut exponunt S. Chrysost. et Theophylactus, sol. obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo, et virtutes caelorum commovebuntur.* Nota haec signa, inquit à Lapide, non fore post generalem resurrectionem, ut censent S. Hieron. et Chrysost., sed ante eam, ut patet ex Luca cap. 21, v. 26, et ex Joela cap. 2, v. 51.

Sensus statim citati loci iuxta S. Aug., epist. 80, est: Sol, id est, Ecclesia, obscurabitur; quia in tantâ tribulatione et tentatione, quanta erit in fine mundi, multi cadent à fide et gratiâ, qui videbantur esse illustres et firmi, ut sol et stellae. Hic sensus est solummodò mysticus et allegoricus; nam quòd iuxta sensum litteralem haec in sole et luna, ac stellis à parte rei sint eventura, patet ex Luca, loco praecitato, et idipsum passim docent Patres et interpretes.

Sensus igitur literalis est quòd sol à parte rei sit futurus tenebrosus: vel per interpositionem densae nubis, vel Deo subtrahente suum concursum ad ejus lumen; quo facto, etiam luna necessariò obscurabitur, cùm non habeat lumen nisi à sole.

Quòd stellae sint lapsurae è caelo, metaphora est, per quam designatur quòd splendor ipsarum sit subtrahendus. Unde Joels 3, v. 15, dicitur: *Stellae retraherunt splendorem suum.* Deinde iuxta astrologos stellae sunt multò majores terrâ, adeoque super terram cadere nequeunt. Fortè etiam aliqui ignes, sive ignite exhalationes, tanquam stellae, è caelo super terram lapsurae sunt.

Quomodò virtutes caelorum movende sint non facile dicitur. S. Chrysost. intelligit angelos commovendos admiratione; auctor sermonis 120 de Tempore, inter opera S. Augustini, dicit angelos commovendos timore reverentiali. Cajetanus putat intelligi potestates, sive vires corporum coelestium, quae illo tempore movebuntur. Alii existimant intelligi sidera omnia, iuxta illud Psal. 52: *Verbo Domini caeli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Sed cùm de stellis Christus aetè egerit, non videtur ista explicatio satis solida. Estius per virtutes caelorum intelligit diabolum in aere degentes: sed difficulter probat.

Vero similis est quod ait Tiriinus, nempe: Vir-

tes, id est, potentiae, vires, sive ipsa caeli roborata, fundamenta, et cardines insolitis motibus loco disturlabuntur: et haec quasi rationem assignat S. Lucas cap. 21, v. 26, cur stellae cadere videantur. Dicit enim: *Arescentibus hominibus praetere timore et expectatione, qua supervenit universo orbi: nam virtutes caelorum movebuntur.* Et consequenter omnes caelorum aspectus, et influentiae perturbabuntur; unde et in terris omnia ex caelorum influentibus pendencia possimilabunt. Simile Job 56, v. 50. Nempe haec mundi occumbentis, expirantis et quasi animam agentis symptomata sunt. Ita Tiriinus.

Dum omnia perituri mundi, et novissimi iudicii diei praecurrentia mala Dominus praedixerat, simul etiam diem illum novissimum occultum fore declaravit, et ideo semper vigilandum et paratum esse providè praemonuit: idque tum exemplis, tum parabolis edocuit; nimirum de patrefamilias domum suam contra furis insidias custodiende; de servo fideli reddito Domini sui expectante; de decem virginibus, sponso suo cum tampidibus occurrentibus, etc., ac tandem formam iudicii generalis subiunxit, Math. 25.

## CAPUT XXIV.

## QUINTUM PASCHA.

Ferâ quintâ hebdomadae majoris, seu die jovis, Jesus Christus sub vespere, dum incipiebat prima dies Azyzorum, agnum paschalem cum suis discipulis manducavit. Peractâ autem cenâ agni paschalis, et pedum lotionem, cùm recubisset iterum, dixit quòd unus ex duodecim apostolis ipsum esset traditurus. Postea Eucharistiam instituit: deinde praedictionem proditoris iteravit, et proditorem manifestavit, porrigendo illi buccellam intinetam, quâ ille acceptâ, statim exivit, Math. 26, Marci 14, Lucae 22, et Joan. 15.

## QUESTIO PRIMA.

An Christus anno ultimo vitae suae agnum paschalem manducaverit.

Nonnulli critici, inter quos Lamy, Toimard et Calmet, existimant quòd Christus hoc anno non manducaverit agnum paschalem, sed tantum Eucharistiam instituit. Attamen

Resp. et dico: Nullatenus dubitandum, sed firmissimè tenendum est quòd Christus anno ultimo vitae suae agnum paschalem manducaverit.

Prob. 1<sup>o</sup>, quia ita senserunt unanimiter Patres Concilii Tridentini sess. 22, cap. 1, ubi ita definiturunt: *Celebrato veteri paschâ, quod in memoriam exitus de Aegypto multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituit paschalem, seipsum ab Ecclesiâ per sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem.*

Prob. 2<sup>o</sup>, quia id etiam clarissimè patet ex Evangelio. Math. 26, v. 17, dicitur: *Primâ autem die Azyzorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis parare tibi comedere Pascha? At Jesus dixit: Ne in civitatem ad quemdam, et dicite ei: Magister dicit: Tempus meum propè est, apud te facio pascha cum discipulis*

meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Jesus, et paraverunt pascha. Vespere autem facto discumbent cum duodecim discipulis suis. Idem habet Marcus, cap. 14, v. 12, et Lucas, cap. 22, qui et addit, v. 15, Christum dixisse apostolis: *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Ex quibus verbis adeò evidens est quòd Christus isto anno manducavit agnum paschalem, ut eruditè concipere non valeat quomodo praefati critici hoc negare ausi fuerint.

Obj. 1<sup>o</sup>: Verba illa quae mox ex Luca citata sunt, non possunt intelligi de paschate legali; ergo nec alii textus.

Prob. aut, quia verba ista intelliguntur de Eucharistia: Nam primò Christus non agebat magno desiderio comendi agnum paschalem, quem satis saepe comederat.

Secundò, quia Christus illa verba dixit, dum instituit Eucharistiam; nam sequitur immediate, v. 17: *Et accepto calice gratias egit, et dixit: accipite, et dividite inter vos, etc.*

Resp. Neg. ant. Nam omnia verba praecedentia agunt de preparatione Paschalis per discipulos apud quemdam civem Hierosolymitanum, ac deinde dicitur, v. 15: *Et paraverunt Pascha. Et cùm facta esset hora, discubuit, et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideravi manducare hoc pascha, etc.* Ubi è hoc pascha naturali constructione refertur ad illud pascha quod discipuli praeparaverant; praesertim cùm tunc pascha eucharisticum nomen existeret, nec discipuli scirent quid esset illud; atqui discipuli praeparaverunt pascha legale, non eucharisticum; nam praeparaverunt illud quod intelligebant; ergo illa verba necessariò intelligenda sunt de agno paschali.

Ad primum autem dico Christum desiderasse manducare illud pascha, non praesè ideo quia amat carnem agniam, sed ut agno illi typicò jam finem imponeret per institutionem Eucharistiae. Sic, Joan. 11, Christus desiderabat manere foris, aegrotante Lazaro, non quia ipsum specialiter delectabat habitatio forensis, sed ut ibidem dicitur v. 15: *Gaudeo propter vos, ut credatis quoniam non eram ibi.*

Ad secundum respondeo negando assumptum: Nam etsi Lucas, v. 17, agit de calice eucharistico, tamen inde non sequitur quòd verba praecedentia dicta sint tempore institutionis Eucharistiae; siquidem Lucas ibidem non servat ordinem rei gestae; nam incipit ritum calicis consecrandi, antequam descriperit consecrationem panis.

Obj. 2<sup>o</sup>: Equidem nullus evangelista dicit expressè quòd Christus manducaverit agnum paschalem; ergo.

Resp. Nego ant. Nam satis expressè dicit quòd jussit parari pascha, ut manducaret illud; item quòd pascha paratum fuerit, et quòd factâ horâ (nempe manducandi agnum paschalem; iam ad manducandum alia, non debet expectari certa hora) cum duodecim apostolis discubuerit. Quid poterunt expressius scribere ad significandum ipsum mandu-